

Band IX., Nr. 3985, Seite 364-366

*Die Johanniter in Hall und Adelheid, die Witwe Engelhards von Enslingen,
mit ihrem Sohn Sizo, treffen eine Verabredung über die Erledigung ihres
Streits um Güter der Kirche in Eschental.*

Ohne Ortsangabe, 1290. Mai 1.

Ego . . commendator et fratres domus hospitalis in Hallis nec non Adilheidis relicta Engelhardi de Enselingen et Sizo filius meus et ceteri heredes mei recognoscimus tenore presentium litterarum, quod pro omni dissensione controversia sive discordia, que ex parte parrochialium parrochie Esschental coram domino officiali curie Herbipolensis inter nos vertitur vel verti speratur pro bonis sitis in Schubberc et in Kunzilsbach, ex parte nostra videlicet . . commendatoris et fratrum de domo hospitali in Hallis dominum Heinrichum de Munningen canonicum ecclesie Fuithwangensis in arbitrum eligimus, quem si habere non possumus, alium nobis pro nostra voluntate in arbitrum eligemus, ego vero Adilheidis ex parte mea et Sizonis filii mei et aliorum heredum meorum magistrum Petrum fratrem domus Theutunice in arbitrum eligo, quem si habere non potero magistrum Hermannum rectorem scholarum in Oregeu loco magistri Petri in arbitrum eligam. Pro utraque vero partium predictarum dominum . . decanum ecclesie Fuithwangensis pro communi viro eligimus, qui tres dictam causam terminabunt secundum iustitiam vel amorem. Insuper si dictus dominus . . decanus ecclesie Fuithwangensis haberi non poterit, duo viri ex parte dictarum partium electi tertium eligent, qui tres dictam causam terminabunt secundum iustitiam vel amorem. Et ut predicta ordinatio ex parte dictorum trium arbitratorum ordinata firma et rata permaneat, ego . . commendator et fratres domus hospitalis in Hallis posuimus dicte Adilheidi et eius heredibus fideiussores, videlicet Heinrichum dictum Lacher et Ottonem dictum Weisen cives in Hallis, qui moniti ab ipsa domina Adilheide vel eius heredibus recipient se in obstayum in Heilicbrunnen vel in Oregeu vel in Waldenberc vel in Gamundia expensas fideiussorias faciendo, quousque ratum et firmum tenebimus illud quod predicti tres arbitratores arbitrati fuerint in dicta causa. Item ut ordinatio ex parte dictorum trium arbitratorum ordinata firma et rata permaneat, ego Adilheidis ex parte mea et heredum meorum posui domino . . commendatori et fratribus de domo hospitali in Hallis fideiussores, videlicet Zurichonem militem de Gabelnstein et Lütoldum militem filium Johannis militis de Bachenstein, qui moniti a domino . . commendatore et fratribus de hospitali in Hallis se recipient in obstayum in Langenberc vel in Jagisberc vel in Waldenberc vel in Oregeu expensas fideiussorias faciendo, quousque ratum et firmum ego vel mei

II

heredes tenebimus illud, quod prefati tres arbitri in dicta causa diffinitive pronuntiando fuerint arbitrati. Preterea si dicti tres arbitri fuerint arbitrati, quod dictus . . commendator et fratres de hospitali ex parte parrochialium in Esschental dicta bona de quibus lis est sita in Schubberc et in Kunzilsbach obtinebunt, dicti fideiussores domine Adilheidis in fideiussione erunt obligati, quousque heredes domine Adilheidis ad annos discretionis pervenerint et confitentur publice, quod . . commendatorem et fratres de hospitali in Hallis nec non parrochiales de Esschental ulterius in bonis, de quibus lis est, non impediunt vel molestant, tunc fideiussores domine Adilheidis erunt a predicta fideiussione absoluti. Primus dies, videlicet proxima tertia feria post octavam pentecostes ad pronuntiandum dictum arbitrium assignatus est in Fuithwanc partibus ad audiendum pronuntiare arbitrium memoratum, et si . . commendator predictus ad diem predictum causa legitima impediante venire non poterit, hoc ipse . . commendator vel aliquis fratrum de hospitali sub sua obedientia declarabit et tunc terminus assignabitur partibus videlicet proximus dies post diem beati Johannis Baptiste ad faciendum id ipsum, quod in primo termino facere tenebantur. Ceterum si frater Heinricus pater Adilheidis in tertia feria proxima post octavam pentecostes Fuithwanc venire non poterit legitima causa impediante, hoc ipse frater Heinricus pater Adilheidis sub sua obedientia declarabit. Si vero dictus frater Heinricus haberi non poterit, Adilheidis prefata vel eius nuntius declarabit eius legitimam absentiam prestito iuramento et tunc terminus assignabitur partibus videlicet proximus dies post diem beati Johannis Baptiste ad faciendum id ipsum, quod in primo termino facere tenebantur. Quecunque vero partium predictarum negligens fuerit in secundo termino assignato, videlicet proximo die post diem beati Johannis Baptiste, legitima causa impediante, ut predictum est, tunc partibus assignabitur terminus, videlicet dies beati Jacobi ad audiendum diffinitivam pronuntiationem in dicta causa ab arbitris memoratis. Preterea si ego . . commendator et fratres predicti in ultimo termino, videlicet in die beati Jacobi, in processu istius cause per dolum negligentes extiterimus et hoc memoratus dominus . . decanus de Fuithwanc vel ille qui loco suo fuerit perpendere poterit vel considerare, ipse . . decanus vel ille qui loco suo fuerit dabit domine Adilheidi et eius heredibus litteras suas ad fideiussores nostros, videlicet Heinricum dictum Lacher et Ottonem dictum Weisen, qui moniti ab ipsa Adilheide vel eius heredibus recipient se in obstayum in locis ut predictum est, donec ipsa Adilheidis vel eius heredes de XX marcis examinati argenti pagati fuerint et causa prelibata manebit in eodem statu, in quo fuit, antequam dicte partes in dictos arbitros compromisissent. Item si ego Adilheidis et mei heredes in ultimo termino, videlicet in die beati Jacobi, in processu istius cause per dolum negligentes extiterimus et hoc memoratus dominus . . decanus ecclesie Fuithwangensis vel ille qui loco suo fuerit perpen-

III

dere vel considerare poterit, ipse . . decanus vel ille qui loco suo fuerit dabit .
. commendatori et fratribus predictis de hospitali litteras suas ad fideiussores
nostros, videlicet Zurichonem militem de Gabelnstein et Lütoldum militem
filium Johannis militis de Bachenstein, qui moniti ab ipso . . commendatore
et prefatis fratribus de hospitali recipient se in obstayum in locis ut predic-
tum est, donec . . commendator et predicti fratres de hospitali de XX marcis
examinati argenti pagati fuerint et causa prelibata manebit in eodem sta-
tu, in quo fuit, antequam dicte partes in dictos arbitros compromisissent.
Testes huius ordinationis sunt: frater Otto, frater Cunradus de Frankenfurt,
frater Ulricus de Velliberc, frater Cunradus de Heinberc domus hospitalis,
frater H. de Bachinstein de domo Theutunica, Ulricus miles de Esschenawe,
Rudegerus miles frater suus, Cunradus miles de Wiler, Philippus scultetus
de Hallis et alii quam plures. Et in testimonium predictorum hanc litteram
sigillo . . commendatoris fratrum de domo Theutunica in Heilicbrunnen et
sigillo . . commendatoris hospitalis Jerosolimitani in Hallis duximus robo-
randam.

 Datum anno domini MCCLXXXX., in die Philippi et
Jacobi.

—

Textabdruck folgt dem Original.

 Beschädigte runde Siegel: 1) des Jo-
hanniterkomthurs von Hall, c. 33 mm., im Schild ein rechtes Obereck, daneben
ein Flügel; Umschrift: + S . FRATRIS . VLRICI . . . BERC (d. h. Vellberc). 2)
des Deutschordenskomthurs von Heilbronn, c. 36 mm., Mariä Verkündigung; Um-
schrift: + . S . COMMEN IN . HAILICBVRN .

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 352 U 54

Überlieferung und Textkritik:

Original. Abschrift im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 155, S. 52, Nr. 58.

Editionen:

Württembergisch-Franken, Bd. 4, S. 232 (Auszug).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Döttingen : Braunsbach SHA
 Döttingen Wohnplatz (2745)
 Enslingen Wohnplatz (3443)
 Enslingen, Untermünkheim, SHA
 Eschental Wohnplatz (2472)
 Eschental, Kupferzell, KÜN
 Feuchtwangen, AN
 Frankfurt am Main, F
 Gabelstein Wüstung (22008)
 Gabelstein, Öhringen, KÜN, W
 Heilbronn Wohnplatz (1773)
 Heilbronn, HN
 Jagstberg Wohnplatz (2505)
 Jagstberg, Mulfingen, KÜN
 Künsbach Wohnplatz (2478)
 Künsbach, Kupferzell, KÜN
 Künzelsau Wohnplatz (2446)
 Künzelsau, KÜN
 Langenburg Wohnplatz (3008)
 Langenburg, SHA
 Munningen, DON
 Schupberg Wüstung (21961)
 Schupberg, Künzelsau, KÜN, W
 Schwäbisch Gmünd Wohnplatz (4879)
 Schwäbisch Gmünd, AA
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Unterheimbach : Bretzfeld KÜN
 Unterheimbach Wohnplatz (2361)
 Vellberg Wohnplatz (3467)
 Vellberg, SHA
 Waldenburg Wohnplatz (2688)
 Waldenburg, KÜN
 Weiler bei Weinsberg Wohnplatz (2317)
 Weiler bei Weinsberg, Obersulm, HN
 Würzburg, WÜ
 Öhringen Wohnplatz (2576)
 Öhringen, KÜN